

30  
C. F. M.  
183. DISPUTATIO JURIDICA  
DE

**LITIS CONTESTA-  
TIONE,**

Don

**Der Krieger-Befestigung.**

Occasione tam L. un. C. quam Cap. un. X. de Litis Cont.  
ut & Constit. Elect. 10. P. 1. & Ord. Proc. Elect. Tit. 16,

Quam

Ex Consensu & Autoritate Magnifici Jectorum Ordinis,  
in Illustri Academia Salana

PRÆSIDE

*Viro Pranobilissimo, Amplissimo & Excellentissimo*

**DN. ADRIANO BEIERO, J. U. D.**

Celeberrimo, Curia Provincialis Advocato  
Ordinario Gravissimo. Domino, Patrono, & Præ-  
ceptore meo omni honoris cultu æternum  
devenerando

Placido Eruditorum Scrutinio publico, sisto

**JOHANN. SIGISMUND Zimmermann**

Döbela Misn.

in Acroaterio Jectorum

Ad D. Septembr. Anno 1676.

JENÆ, STANNO MÜLLERIANO.



Ve  
1886

VIRIS

*Magnifico, Nobilissimis, Consultissimis, atq;  
Excellentissimis*

**DN. ADAMO CHRISTOPHORO**  
**JACOBI, Jcto consummatissimo, Supremi**  
**Electoralis, Appellationum Judicii, & Consistorii,**  
**quæ Dresdæ sunt, Assessori gravissimo, nec non In-**  
**clytæ Reipubl. ibidem Syndico meritissimo. &c**

*ut &*

**DN. JOHANNI LINDENERO,**  
**Jcto, Consiliario Electorali Saxonico.**

**Dominis Patronis, Promotoribus, ac re-**  
**spectivè Propinquo suo, æstimatissimis,**  
**colendisissimis,**

*Primum istud studiorum suorum specimen devotissimi  
animi testandi ergo, eâ, quâ par est, ob-*  
*servantia*

*D. D. D.*

*Tantorum Patronorum devotissimus  
Cliens*

**JOHANN. SIGISMUND Zimmermann**  
**Aut.**





J. J.



**D**e Litis Contestatione in  
modum Disputationis Acade-  
micæ acturo, sedes materiæ tam  
in *Jure Civili Tit. 9. C. lib. 3.*  
& *Canon. Tit. 5. lib. 2. Decretal.*  
quàm Saxonico, *Constitut. Elect. 10. Part. 1. &*  
*Tit. 16. Ordinat. Processualis* occurrit, quæ loca  
dubium reddere possent, utrum in cepto nego-  
tio pergere atque Iliada post Homerum scri-  
bere; an vero subsistere & aliò se conferre ex-  
pediat: Ne tamen quorsumcunque delato, i-  
dem subnascatur dubium, cùm nihil dici possit  
nunc, quin dictum sit prius, imò quantumcun-  
que ab aliis dictum, alia per alios dicenda de no-  
vo emergunt, & textûs in locis alleg. obvii par-  
ticulares sunt, totam materiam non exhaurien-  
tes, & verò vel tandem aliquid proferendum,

A

in-

inque certo themate subsistendum! visum est præ  
aliis in eo subsistere, quod ad forum ituro non  
utile minus, quàm necessarium apparuit. Cardo  
nimirum in quo totus Processus vertitur,  
fundamentum & lapis angularis iudicii,  
**LITIS CONTESTATIO.**

§. I.

## Generalia continet.

**L**itis vocabulum in iure nostro sumitur (1.)  
materialiter & objectivè, pro re controver-  
sa, seu causa in iudicium deducta, ut in §. 7.  
ibi: ex quibus causis lis inficiendo crescit, Inst. de  
Oblig. que quasi ex Contr. nasc. Ubi summa litigiosa propter  
inficiationem alterius augeri dicitur, item in rubr. ff. de  
in litem jurando, ubi rem litigiosam jurato affirmare  
permittitur. (2.) Formaliter & activè, pro disceptatio-  
ne, rixa, jurgio, controversia, quaestione, v. g. §. item  
propter litem 4. Inst. de Excus. Tutor. L. 21. in pr. ff. eod. L. 1. ff.  
de transact. Rubr. C. & Decretal. hoc nostro tit. Sicut tamen  
turba & rixa, inter se ratione multitudinis concertan-  
tium; ita quoque à lite differunt modò, quòd hæc ma-  
gis ad jus, illa ad factum pertineant L. 52. §. 1. ff. ad L.  
Aquil. L. 4. §. 3. ff. vi bonor. raptor. Jurgium etiam priva-  
tum quid & domesticum sapit, atque inter conjuges u-  
su venit L. 27. ff. de pact. dotal. Cui consonat illud Juve-  
nalis Satyr. 3.

*Semper habet lites alternatim jurgia lectus,  
In quo nupta jacet.*

Item:

Item inter vicinos, de quibus Cicero 4. de Republ. Jurgandi magis, quam litigandi, vocabulum Legem usurpare putat, quò facit *L. quinq; pedum. penult. C. finium. regund.* Ubi jurgium finale, sunt Nachbarliche Zrrungen / uti Germanus effert. Quæstionis vocabulum litem denotare patet ex *L. 1 §. 1. ff. Ne de statu defunct. L. 115. de Verb. sig.* Controversia verò dicitur, quamdiu negotium ante Litem contestatam vertitur *L. 25. §. 7. ff. de petit heredit.* Quoniam vero litem unus cum uno, idem secum ipso habere non potest, sed duo minimum requiruntur, quorum unus impugnet, alter propugnet; & in specie ex stylo Curia Romanæ, Actor litem faciebat, judicium dictabat, Reus verò accipiebat, idque testibus præsentibus; ideò litem contestandi phrasis originem inde sumpsit, atque ita quidem, ut non Reus cum Actore, sed Actor cum Reo litem contestari diceatur. *L. 11. ff. de judic. Cujac. lib. 9. Obs. 21.* Licet autem hodiè testium hæc adhibitio & imploratio non amplius sit usitata, idem tamen huic negotio, quod aliis usu venit, ut mutató quantumvis unde nomen accepit modo, pristinum tamen sub quo semel innotuit, nomen retineat, cum nihilominus Reus contradictoriâ suâ narratione mentem suam promat ac contestetur, se cum Actore litem suscepturum & prosecuturum. *Carpz. in Proc. Tit. 10. Art. 2. n. 2.* Unde etiam Litis Contestatio quandoque partialiter sumitur, pro responsione Rei tanquam actu completorio, seu qui accessione suâ ad narrationem Actoris negotium integret ac perficiat: Quandoque verò totaliter pro integro apparatu ex utriusque partis narratione conflato, & ita *L. un. C. h. nostro tit. L. 14. §. 1. C. de judic. L. 2. C. de jurejur. propter calumn. dand.*

A 2

Spe-

# Species & varias divisiones habet.

- V**arias passim Litis Contestationis observare licet, Divisiones atque species. Nos quantum possibile est in pauciores contracturi, dicimus, omnem Litis Contestationem aut Legalem, hoc est, ritè factam, ac propterea in jure approbatam esse; aut verò vitiosam, & propterea improbatam. Nam huc recurrent reliquæ quando
- (1.) in affirmativam vel negativam: (2.) In ipsam veram, Vicariam, sive repræsentivam ac Fictitiam: Denique
  - (3.) in solennem & summariam dividitur. Totum Litis Contestationis duabus quasi partibus constat; positione Actoris & contradictione Rei, *conf. Gail. l. obs. 73. n. 2.* Unde Litis Contestatio partialiter accepta, affirmativa & negativa dici potest; sed ita tamen, ut ex parte Actoris tam affirmativè (uti regulariter) quàm negativè, si exceptionem à Reo propositam replicando neget, fieri possit; ex parte Rei verò non nisi negativè: quando verò ipsa integra Litis Contestatio, vel certè ex parte Rei, affirmativa ab aliquibus statuitur, id non omnibus placet. Hypotheses affirmantium pro affirmativa sunt (1.) Litis Contestationem esse quid simplicissimum, solamque requirere facti narrationem ab utraque parte faciendam. Hanc hypothesin stabilunt *per L. un. C. h. t. l. 2. C. de jurejur. propter calumn. dand.* (2.) Narrationem Rei seu responsionem simpliciter requiri, adeoque indifferenter se tam ad affirmationem, quàm ad negationem habere posse. Hanc hypothesin stabilunt vulgari brocardicò: Ubi Lex non distingvit, ibi nec nos debemus distingvere, textus generalis generaliter exaudiendus, indefinitum æquipollet universali, positò genere, ponuntur omnes species. (3.) Imò injungi Reo litem affirmando, vel negando contestari mit *Ja oder*

oder Nein zu antworten und litem zu contestiren *Carpz. Dec.*  
44. n. 14. (4.) Litis Contestatione non hoc præciè in-  
tendi, ut lis constituatur, sed ut an & quæ lis inter par-  
tes sit exploretur, man flopffet uff den Busch er muß doch  
rauß. (5.) Dari ex parte Actorum Litis Contestationem ne-  
gativam, v. g. in actionibus negatoriis, ajo tibi jus non  
esse prohibendi, rem ita habendi, hoc vel illud faciendi,  
venandi. Oportere ergo ex parte Rei Litis Contestatio-  
nem esse affirmativam; imò competit mihi. Quam hy-  
pothesin stabiliunt ex doctrina oppositorum. (6.) Pos-  
sibile Lite affirmativè contestatâ Controversiam & judicium  
nihilominus esse, si ut totâ die contingit, subjiciatur  
exceptio, v. g. solutionis, pacti de non petendo, pe-  
cuniæ non numeratæ, doli aut similes *vid. Gædd. in*  
*L. Litis 36. ff. de V. S.* Distinctiones affirmantiû sunt (1.) in- 4  
ter litem & judicium: quæ adhibetur ad evertendam hy-  
pothesin Negantium 3. & utrumque argumentum,  
quibus intenditur, litem à Litis Contestatione  
demum incipere, pro ut etiam vult *Hilliger D. E. 24. 1. vers.*  
*Nam cû à Contestatione hac lis oriatur &c.* Sicuti enim suimet  
ipsum aliquid initium esse, & ex se ipso oriri non pot-  
est, ita nec litem Contestatio initium Litis, sed judicii, aut  
si maximè, certitudinis litem esse poterit, seu Actor utrum  
& qualiter Reus secum litigaturus sit, cognoscit. Cor-  
ruit ergò ratio illa; ubi non est Litis Contestatio ibi nec  
ipsa lis, quia Litis Contestatio est initium litem. (2.) In-  
ter litem præteritam & futuram: de posteriori concedunt,  
quod confitens & concedens, sive affirmativè litem con-  
testans Actori posthac non sit reluctaturus; quanquam  
ne hoc quidem sit universale, sed fallat quoties exce-  
ptiones subjiciantur; de priori tamen negant; si enim  
hactenus lis nulla inter eos fuisset, ad contestationem  
ejusdem deveniri non potuisset, quod in specie est con-  
tra argumentum 2. (3.) Inter narrationem & petitionem;  
de posteriori concedunt, exceptionibus affirmativæ  
contestationi subjectis virtualiter negari petita fieri debe-

A 3

re 3

re, prout petuntur; de priori autem negant & perne-  
gant, narratione videlicet affirmativâ, negationem five  
verbalem five virtuaalem contineri: quod est contra hy-  
pothesin 1. & 5. & distinctionem 2. (4.) Inter deditioem  
pacis servandæ & avertendæ pugnæ, & sic pugnam  
præcedentem, & inter deditioem vitæ redimendæ, quæ  
fit in ipsa pugna, quâ victum se quis sentit. De prima  
conceditur, de secunda verò negatur argumentum dis-  
sentientium. 3. (5.) Inter causæ disceptationem, quæ per-  
tinet ad officium partium, & ejusdem dijudicationem,  
quod judicis officium est: de priori concedunt, quòd  
Reo confitente nullum sit iudicium, de posteriori nega-  
tur, quoniam apud omnes in comperto est, quòd con-  
tra confitentem condemnatio fieri debeat, seu confessi-  
onem necessario sequatur condemnatio *Carpz. Cent. 1.  
Dec. 90. n. 4. & Praxi Crim. Quest. 126. n. 1, 2, 3.* & in confi-  
tentem nullæ aliæ sunt partes iudicis, quam condemna-  
tio. *Carpz. Dec. 95. n. 25.* (6.) Inter theoriam & praxin;  
nam *Blumius in Proc. Camer. Tit. 71. §. 6.* quantopere  
etiam impugnet affirmativam, multorum tamen seculo-  
rum in Praxi possessionem obtinuisse, eaq; propter retine-  
ri oportere fatetur: quare non solum apud *Rosbach. Tit.  
49. n. 5. in fin. cum. seqq.* Verum etiam apud *Carpz. lib. 3.  
Respons. 31. n. 13. junct. n. 5. & in Proc. Tit. 10. Art. 2. n. 26.* &  
passim alibi mentionem ejus fieri videmus. Hypothe-  
ses Negantium pro negativa sunt (1.) Litis Contesta-  
tionem non simplex quippiam sed compositum esse,  
neque ex sola facti narratione, sed & utriusque partis pe-  
titione, de condemnando vel absolvendo consistere:  
quod est contra hypothesin affirmantium 1. Probatur  
hoc, ex *L. un. C. b. nostro tit.* ubi inter simplicem expo-  
sitionem, seu editam actionem, & litem contestatam  
multum interesse dicitur, it. *Cap. un. X. hoc nostr. Tit.* Ubi  
Articuli dandorum & respondendorum, neque Litis  
Contestationem inducere, neque ad effectum nullitatis  
declinandæ illam representare permittuntur. (2.) Quod  
inten-



intentio Actoris semper sit affirmativa: quod est contra  
affirmantiū hypoth. 2. (3.) Quod Litis Contestatio omnis  
posita sit in Contradictione, neq̄lis sit, nisi affirmet unus,  
neget alter. (4.) Quod Rei intentionem oporteat esse  
negativam, ex ratione oppositorum. (5.) Quod non ad  
nuda verba, sed eorundem vim, effectum & sententi-  
am sit respiciendum, juxta illud vulgare: quod verba  
in jure nostro cum effectu exaudienda sint. Hinc su-  
munt argumenta (1.) Ubi non sit lis, ibi nec Litis Conte-  
statio; Atqui Reo confitente & concedente non sit lis.  
Ergo nec mutua ejus testatio. Major comprehenditur  
illo Philosophorum: Non entis nulla prædicata. Mi-  
nor probatur, quia confitentis nulla est contradictio, sine  
qua lis esse non potest, per hypothesein 3. (3.) Ubi sit dedi-  
tio, ibi nullum certamen; Atqui Reus confitens & con-  
cedens se dedat; Ergo se certare nolle profiteatur. Uti-  
tur hisce telis *Vinn. lib. 1. select. quest. 17.* Sed ex armamen-  
tario, ut videtur, *Hilligeri Donello Eucleato L. 24. cap. 1. sub  
lit. A. depromtis, cum quibus faciunt Colleg. Argentora-  
tens. tit. de judic. th. 161. & ex Practicis Illico Ummius Disput.  
Processuali 12. th. 1. n. 3. in fin.* Distinctiones eorum sunt <sup>7</sup>  
(1.) Inter Confessionem simplicem, puram seu nudam,  
& implicitam, quæ contradictionem præsumtivè secu-  
turam & reservatam habeat, veluti si confessus nihilor-  
minus ad ulteriora procedi postulet. *Vinn. d. l. vers. cum  
autem. in fin.* Hæc implicita litis contestatio, nec simpli-  
citer affirmativa nec simpliciter negativa dicitur apud  
*Rosbach. Proc. Civil. alleg. Tit. 49. n. 13.* Quare de priori ne-  
gant, de posteriori quodammodo concedunt affirman-  
tium affirmativam. (2.) Inter verba, & sensum, sive ef-  
fectum: Quoad prius concedunt, Litis Contestationem  
à Reis multoties & præprimis in negatoria, verbis affir-  
mativis concipi solere, quin & debere; sed negant tamen  
quoad posterius, quoniam ibi in effectu & Rei veritate,  
negatio potius sit, sc. libertatis. Nam Reus excipiens,  
imò competit mihi jus servitutis, eo ipso negat præten-  
sam Actoris libertatem eique superstructam actionem;  
quod

quod est contra hypothesin affirmantium 3. Pariter, si lite pure contestata & affirmata, exceptio subiciatur, in effectu negatio sit, ac petatur, non fieri secundum intentionem Actoris, *Meierus Colleg. Argent. d. th. 161. in med* quod est contra hypothesin affirmantium 4. Dividitur denique Litis Contestatio in ipsam veram seu formalem & naturalem. quæ ex narratione & intentione partium, pro exponendo vero controversiæ statu, & exponendo eo, quod est in questione, seu themate controverso, Judici facta constat, quam variè Dd. definiunt, nos brevitatis gratiâ *ad Ummium Disp. alleg. 12. th. 1. n. 2. provocamus.* Deinde vicariam seu repræsentativam, qua ex actu quodam contradictorio Litis Contestatio præsumitur, seu potius ille ipse actus in vim Litis Contestationis assumitur *vid. Carpz. Cent. 3. Dec. 244. n. 7. ibiq; allegati, & lib. 3 Resp. Elect. 37. n. 8. circa fin.* idque contingit in negotiis summariis, & executivis, quam in rem eleganter videri potest prælaudatus *Carpz. lib. 3. Resp. 31. n. 6. ubi etiam n. 13. 14. & 20.* recognitionem & diffessionem instrumentorum instar litis contestationis, affirmativæ vel negativæ esse dicit. Ac (3.) denique fictitiam, ubi certum quidem est, Reum contumaciter litem haud esse contestatum, in odium tamen & pœnam contumaciæ ex dispositione juris fingendo suppletur, prout suò locò dicemus, interim videri potest *Carpz. 3. Resp. 31. n. 15. & in Proc. Tit. 10. Art. 4 n. 37.* Illa divisio, quæ in solennem & summariam dividitur, fermè coincidit cum vera & vicaria: de solenni locus est *allegato Resp. 31. n. 5.* Et, quia ea non ubique necessaria *dict. Tit. 10. Art. 2. n. 20.* sed in locum ejus qualiscunque, & in genere dicta admittitur, Summaria dicta, *alleg. Resp. 31. n. 7.* Et prædictæ quidem species probatæ habentur; sequitur 10 Improbata, & à jure rejecta. Contingit autem hoc ob diversa vitia, quæ cognoscuntur ex requisitis, de quibus infra §. de forma agetur. Potiora breviter hîc recensemus, & sunt (1.) vitium generalitatis & implicitatis,

tatis, unde oritur subdivisio in generalem & implicitam, quâ negantur narrata, prout narrantur quas Ddb<sup>2</sup>. easdem esse credo, confer interea *Carpz. Part. 1. Const. 10. Def. 1. n. 3. & Cent. 1. Dec. 40. n. 16. in Proc. Tit. 10. art. 3. n. 16. & 27. Dn. Struv. Synt. Civil. Exerc. 9. th 70. Dn. Nicolaus in Proc. Fredericiano Part. 1. cap. 32. n. 18. junct. n. 12.* (2.) Obscuritatis, unde oritur subdivisio in claram & obscuram, quæ divisio tamen ex priori illa fluere, & obscura cum implicita coincidere videtur *conf. Nicol. d. l. n. 12. & 22.* (3.) Ambiguitatis, & incertitudinis, unde oritur subdivisio in certam & dubitativam seu ambiguam, quæ nec ipsa tamen à superioribus multum discedit, & à *Dn. Nicol. in eod. n. 22.* collocatur. (4.) Impuritatis, quando videlicet qualitas, conditio aut simile quid Litis Contestationi admixtum, unde subdivisio oritur in puram & impuram, h. e. qualificatam aut conditionatam, quæ rejecta est *Ord. Proc. Elect. Tit. 16. ibi: Ohne Anhang.* (5.) Imperfectionis & insufficientiæ, unde oritur subdivisio in sufficientem seu perfectam & imperfectam, de qua *Dn. Nicol. d. l. n. 23.* (6.) Prolixitatis, unde oritur subdivisio in prolixam, superfluum, per ambages factam, & concisam. Et contra duo illa vitia, prolaxitatis & ambiguitatis, sanctionem illam *Tit. 16. Churf. Proc. Ord. spectatim emanasse putamus.*

§. III.

De Subjecto.

**P**ersonæ circa Litis Contestationem occurrentes & occupatæ, sunt Judex, Actor, Reus, utrorumque Advocati, aut Procuratores, & jure Romanorum antiquo etiam Testes, quo videlicet tempore certæ Actionum defensionumque formulæ à Jctis compositæ erant usitatæ, & necesse quidem à Litigatoribus pronuciari, adeo quidem ut qui vel syllabâ deerrasset, causâ caderet. Igitur & negotiô coram Pratore expositô, in id, quod inten-

B

deba-

debatur respondebaturque, testes ultrò citroque ahibebantur, his circiter verbis pronunciat: **TESTES ESTOTE.** *Autore Festò, in voce Contestari,* quæ verba complementum & perfectio erant Litis Contestationis: sed temporis successu, unà cum aliis formulis à foro recesserunt, neque hodiernum usurpantur, quare nec nos iisdem immorabimur, videri interim possunt *Petrus Faber 1. Semestr. 21. & 2. Semestr. 24. Ravardus cap. 2. de auctor. prudentum, & libro singulari Protribunalium cap. 11.* Judicem quod attinet, est ille tanquam causa efficiens principalis, sub cujus auspiciis Litis Contestatio petitur & præstatur, qui eandem per sententiam injungit *vid. Carpz. Praxi Crim. quest. 106. n. 71.* Formulam vide apud eund. *Proc. Tit. 10. Art. 2. n. 5.* eamq̃ cunctantibus partibus maturat, modò ne præcipitet. *Carpz. Proc. Tit. 10. Art. 1. n. 4.* Imò officium ejus ulterius est, præcavere vitia & Litis Contestationem generalem ac incertam *Constit. Elect. 10. Part. 1. ibi: verhüttet werde.* Aut si irreperint, ex officio rejicere *Carpz. ibid. Def. 3. Nicol. apud Frid. n. 27. & Carpz. Proc. d. T. 10. art. 3. n. 37. & 39.* Defectûs etiam Advocatorum supplere *d. n. 37.* Actor tanquam causa procatartica sive eliciens, postulat tum à Judice injunctionem, tum à Reo præstationem: officium itaque ejus est, tum à priori Litis Contestationem urgere, ut dictum; cum judicio tamen, ut nec ubique, nec indistinctè petat, præprimis caveat hoc in processu executivo facere. *Carpz. Proc. tit. 10. art. 2. n. 28.* tum à posteriori factam à Reo Litis Contestationem examinare, defectûs notare, examinare, & allegare *Nicol. d. l. n. 24. & Carpz. Proc. tit. 10. Art. 3. n. 36.* quòd si tamen vel incautus ac negligens in eo existat, vel cum Reo planè colludat, Judicis officium evigilabit, *Carpz. ibid. n. 37. & 58. & d. Def. 3. n. 1.* & pœnam arbitrariam injungere haud cessabit, *Carpz. lib. 3. Resp. 32. n. 12. & seqq.* Utrum verò semper sub finem termini contumaciam Rei tergiversantis accusare, & sub initium termini sequentis Litis Contestationem denuò postulare, Reum-

Reumq̄ provocare teneatur? Curia Provinciales Saxo-  
nicæ quondam requisiverunt, sed Senatus Appellatio-  
num ab iisdem discessit *teste Carpz. lib. 3. Resp. 33. n. 10. &*  
*seqq.* Reus hîc occurrit tanquam causa subjectiva; & pas- 4  
siva quidem in relatione ad superiores, activa tamen,  
in relatione ad ipsam præstationem tanquam suum effe-  
ctum. Estq̄ tum unus tum plures Litis Consortes, de  
quibus *Churf. Proc. Ord. Tit. 16. in fin. Carpz. d. Part. 1. Const.*  
*10. Def. 17. Nicolaus d. l. n. 26.* Omnes illi, sive plures sive  
unus, aut obedientes sunt, & tunc res est plana; aut con-  
tumaces, idque vel in planè tacendo & non contestan-  
do, & quomodo contra talem pronuncietur, tradit  
*Carpz. Def. 16.* vel non ritè contestando, quod rursus du-  
pliciter contingit (1.) quantitativè, nimis serò, atque in  
ultima demum positione contestando, & hæc ab Actis  
removetur, *Carpz. lib. 3. Resp. 32. n. 16. usq̄ ad fin. Et ad*  
*Constit. 10. Part. 1. Def. 15.* (2.) Qualitativè, obscure, gene-  
raliter &c. id quod ad cœtera litis Contestationis vitia,  
& Actoris officium atque examen pertinet. Advocati 5  
denique & Procuratores habent se tantum ut causa in-  
strumentalis, adeoque de iis omnia, quæ de principali-  
bus dicta sunt, dici quoque possunt. Quare diutius hîc  
non immorabimur *ad Nicol. d. l. n. 5. provocantes.*

§. IV.

## De Materia.

**M**ateria est vel ex qua, vel in qua, vel circa quam: Ex  
qua, sunt partes integrantes: simpliciores quidem,  
remotæ, ac mediatae sunt vocabula & phrasæ; compositæ  
verò ac propriores sunt integræ clausulæ inter litem con-  
testandam usitatae, quarum alia præcedunt, alia subse-  
quuntur, alia verò ipsam contestationem referunt. (1.)  
Præcedanea est qua dilatoriis exceptionibus propositis,  
quas in foro Saxonico ante litem contestatam opponen-  
das

B 2

das habemus *Carpz. Prax. Crim. Qv. 106. n. 68.* ad litis contestationem transitur, illisque ea annectitur, v. g. *Solter* *Beflagtem diese exceptiones wieder verhoffen entstehen / so saget Er.* (2.) Clausula principalis ipsam Litis Contestationem referens, pro paucitate vel multitudine capitum controversorum, brevior est atque prolixior, melius autem cognoscetur *l. seq. de forma.* (3.); Eidem distinctâ clausulâ peremptoriâ Exceptiones veniunt annectendâ *Carpz. d. n. 68. Qv. 106.* Et hoc quidem ampliatur in tantum ut præmitti non possint, *idem in Proc. Tit. 9. Art. 7. n. 20.* Declaratur tamen satis esse ante rem judicatam fieri *d. quest. 106. n. 69.* (4.) Afferuntur & aliæ clausulæ minus usitatæ minusque necessariæ v. g. Protestatio de iisdem Exceptionibus probandis, it. conclusio, quas brevitas gratâ nunc præterimus.

- 2 Materia in qua, sunt Causæ omnes, tam ordinariæ quàm extraordinariæ: Et in prioribus quidem litis Contestatio adhibenda est ex necessitate; quod ampliando à civilibus extenditur (1.) ad Criminales *Carpz. Part. 1. Const. 10. Def. 19. Id. lib. 3. Resp. 31. n. 4. in Praxi Crim. Quest. 106. n. 67. & Quest. 113. n. 9. & in Proc. tit. 10. Art. 2 n. 9.* sub hoc tamen temperamento, quatenus tractantur in Processu ordinario, ut adeo limitandum sit ac fallat in inquisitorio, ubi solennis litis Contestatio non requiritur, qualiscunque tamen responsio utiq; necessaria sit, & prætermitti nequitiam debeat *d. art. 2. n. 10.* (2.) Certô modô etiam ad causas executivas, *Carpz. Part. 1. Const. 10. Def. 11.* Quando scil. Actor unâ cum Chirographo (quod agit de debito ipso) simul exhibet libellum super Circumstantiis, *idem lib. 3. Resp. 31. n. 23. & in Proc. Tit. 10. art. 2. n. 30.* scilicet omnia distinctè & suô modô! quia Actor separat negotium ipsum à suis circumstantiis, Processum executivum ab ordinario, distinctè quoq; respondendum est. Causæ extraordinariæ, vel Civiles sunt vel Criminales: Illæ sumariæ sunt vel executivæ; In sumariis necessaria quidem est litis Contestatio, etiam quando
- do

do separatim tractantur, sed qualiscunque tamen, qua-  
lis illi Processui quadrat *Carpz. Proc. Tit. 10. Art. 2. n. 22.*  
secus est de solenni, *idem Part. 1. Const. 10. Def. 8. Et. 3.*  
*Resp. 31. n. 9.* Executivæ, quæ & ipsæ summaria, sed pecu- 4  
liaris earundem species sunt *Carpz. in Proc. tit. 1. art. 3.*  
*n. 21. & tit. 10. art. 6. n. 26.* itidem regulariter requirunt  
Litis Contestationem, quod tamen de vicaria illa seu re-  
presentiva exaudiendum declaramus, cum ut supra di-  
ctum, Instrumenti recognitio, vel diffessio hactenus seu  
in his causis pro Litis Contestatione reputetur. *Carpz.*  
*lib. 3. Resp. 31. n. 12.* Limitamus igitur quantum ad Litis  
Contestationem solennem, ut quæ in hoc genere causa-  
rum non solum necessaria non est, *Carpz. ad Part. 1. Const.*  
*Elect. 10. Def. 10. & in Processu Tit. 10. art. 2. n. 25.* Sed etiam  
Advocato Actoris, siquidem suspicionem ignorantia aut  
cupiditatis lucri evitare malit, magnò studiò præcavenda  
dicitur, *ibid. n. 29.* Quare & si Reus Processu executive  
institutò vigilantiam adversarii tentare, & litem solenni-  
ter contestari audeat, Actor ad officium suum pertinere  
sciat, explorare quid expediat, & curare ne quid damno-  
sum invito sibi obtrudatur. Ad causas extraordinarias 5  
denique pertinent etiam causæ Criminales, quatenus  
scil. tractantur in Processu inquisitorio, in quibus ipsis  
quoque Litis Contestatio qualiscunque summaria, &  
quicquid vice solennis admittitur, adhiberi debet. So-  
lennis autem neque necessaria est, neque quadrat *Carpz.*  
*Proc. d. Art. 2. n. 10.* Materia circa quam seu Objectum 6  
circa quod versatur, sunt Libelli narratio, & Conclusio,  
*Constit Elect 10. Part. 1.* Quod ampliatur quoad omnia &  
singula libelli contenta; declaratur autem quousque ne-  
gotium ipsum concernunt; Limitatur ergò quantum ad  
impertinentia. *Carpz. ibid. Def. 21.*

B 3

De

## De Forma.

- 1 **C**onsideratur Litis Contestatio vel à priori, prout est in fieri, vel à posteriori quatenus est in facto. Perficiendæ litis Contestationis notentur requisita, tum generalia, eaque indifferentia vid. *Carpz. in Proc. Tit. 10. art. 3. n. 24.* ut fiat nempe (1.) animò litem contestandi (2.) præviò libellò (3.) in continenti (4.) Judice jubente vel audiente (5.) Reò præsentem (6.) per verba nego narrata, pro ut uarrantur *Carpz. Part. 1. Const. 10. Def. 2.* Specialia eaque magis necessaria sunt (1.) in foro Cæsareo & Camerali, ut in factis propriis fiat per verba Verum, Non verū, Sage wahr / sage nicht wahr seyn *Capz. Part. 1. Constit. 10. Def. 6. Et in Proc. d. tit. 10. art. 3 n. 13. Et Nicol. in Proc. Part. 1. cap. 37. num. 17.* In factis verò alienis per credulitatem glaube wahr / glaube nicht wahr / *idem ibid. n. 8. & 43. & add. Const. 10. Def. 5.* Et quidem (1.) utrobique mediante iuramentò respondentorum *idem d. Tit. 10. art. 3. n. 1.* Quod tamen declaratur si partes ita velint, & præprimis si Actor prius iuraverit. Limitatur ergò si vel partes remittant vel nec ipse Actor juret. *ibid. n. 9. & 10.* (2.) ut fiat ore tenus, si Procurator nomine Rei compareat, in scriptis verò si ab Advocato fiat *Blum. in Proc. Camerali Tit. 71. §. 20. Carpz. Prax. Crim. Quest. 106. n. 76.* (II.) in foro Saxonico requisita alia sunt substantialia, alia circumstantialia. Ad illa pertinet (1.) ut ex Actoris positione, & Rei contradictione formali consistat. In tantum ut quæsitum fuerit, utrum per verbum Nescio fieri possit? Ratio dubitandi, quòd ita nec affirmetur nec negetur, multò minus clarè, rotundè & expressè id fiat, quæ omnia tamen requiruntur. Sed enim, Senatui Appellationum Electorali admittendam placuisse *Carpz. lib. 3. Resp. Elect. n. 26.* tradit, idque ibidem se didicisse tateatur *in Proc. Tit. 10. Art. 3. n. 42.* (2.) Ut sit universalis, sufficiens & perfecta, hoc est
- ad



ad omnia & singula libelli capita directa, ut nullum eorum intactum prætermittatur *Electo. Const. 10. Part. 1. verbis: Muff alle und iede Puncte / ibiq. Carpz. Def. 1. & Dec. 40. n. 12. in fin.* Ampliatur hoc tam quoad narrationem quam conclusionem observandum esse *d. Const. 10. verbis: Und derselben narration und conclusion. Carpz. Proc. tit. 10. Art. 3. n. 60.* Declaratur tamen (1.) quoad ea quæ ipsum negotium concernunt, & limitatur ut in reliquis tanquam impertinentibus Reus non teneatur. *Carpz. Proc. d. l. n. 59. & ad Const. 10. Def. 21.* (2.) declaratur quoad jus Saxonicum, limitaturque quoad jus Commune extra provincias Saxon. ubi generalis toleretur *Carpz. ad d. Const. 10. Def. 4.* Per rationem, quòd aliàs adhuc supersint articuli respondendorum, per quos omnia fiant clariora, & quidem juratò faciendi: quod tamen non usque procedere notavimus paulò antè n. 2. & habet *Carpz. ibid. Def. 5.* Neque tamen omnibus capitibus responsum esse sufficit, sed requiritur insuper (3.) ut Litis Contestatio sit specifica, distincta, pertinens & in omnibus capitibus directò ad certa libelli narrata facta *Carpz. lib. 3. Resp. 32. n. 5. it. Decis. 40. n. 6. & in Proc. d. Art. 3. n. 23. & 25 Nicol. in Proc. Fridericiani part. 1. cap. 37. n. 19.* quod tamen deinde declarare atque ad jus Saxon. restringere, quantum autem ad jus commune, limitationem admittere videtur, ubi libellò simplici vel summariò exhibitò, sufficiat etiam simplex Litis Contestatio, nec teneatur Reus singulariter singulis respondere *Part. 1. Const. 10. Def. 7.* Nimirum mutuus est inter libellum & Litis Contestationem respectus, nec potest Actor à Reo plus respondendo ac contestando desiderare, quàm ipsemet prius libellando posuit. (4.) Ut sit clara, dilucida, perspicua, categorica, in certam formam redacta, intelligibilis, manifesta, rotunda, expressa, aut qualiter aliàs requisitum hoc ex suomet desiderio conformius proferri possit, vid. *interim Carpz. lib. 3. Resp. 32. n. 8. Dec. 40. n. 10. junct. n. 14. & in Proc. d. Art. 3. n. 29. & 31. & deniq. Prax. Crim. quest.*

- 7 106. n. 79. (5.) Ut sit pura, simplex, sola atque nuda, tum ab omni conditione apposita *Carpz. d. Dec. 40. n. 13.* tum ab omni reservato & appendice *id ibid. n. 19.* quod tamen declaratur, solum in civilibus juxta hunc rigorem servari; Fallit ergo in criminalibus, ubi qualificatam & conditionatam admitti tradit *idem d. Const. 10. Def. 20. & in*
- 8 *Proc. d. Tit. 10. Art. 2. n. 13.* (6.) Ut sit brevis & concisa, impertinentibus omnibus *idem ibid. Art. 3. n. 62.* & ambagibus exclusis, *idem Dec. 40. n. 13.* (7.) Ut sit alicujus certi enunciativa, idque vel affirmando vel negando *d. Dec. 40. n. 14.* nisi tamen facile ad alterutrum horum trahi possit *d. n. 14. iunct. n. 17. & lib. 3. Resp. 33. n. 24. & in Proc.*
- 9 *d. art. 3. n. 50. Nicolaus apud Fridericum d. cap. 37. n. 22.* Requisita ab accidentibus sumpta, desumpta sunt à Loco & Tempore, & requiritur (8.) ratione Loci, ut litis contestatio fiat in jure seu in ipso judicii loco, & quidem ore tenus dictando ad calamum, ampliaturque (1.) tam in criminalibus quam in Civilibus æque rigide servari; in tantum ut nec à Judice, nec partibus mutari valeat *Carpz. Prax. Crim. Quest. 106. n. 76. & seqq.* Limitatur tamen quantum ad jus commune *d. n. 76.* quod nos de Advocatis exaudimus, non Procuratoribus, juxta dicta *n. 2. in fin. hic.* (9.)
- 10 Ratione Temporis, ut fiat sub initium, & statim in prima Positione *Carpzov. lib. 3. Resp. 32. n. 16. & seqq.* Ad hoc nimirum, ut Actori spatium supersit defecta examinandi, prout officii sui esse diximus *supra §. 3. n. 3.* Quibus ita præmissis ex ratione oppositorum constat, prohibitam & improbatam esse omnem litis Contestationem in qua cum aliquo dictorum requisitorum pugnat. Sic (1.) non debet fieri per æquipollentiam. Unde quaesitum fuit, Utrum per simplicem exceptionis etiam peremptoriae oppositionem contrahatur litis Contestatio? Id quod *Schnobelius cum alleg. affirmare videtur. Disp. ff. 22. tb. 13. n. 2. arg. l. 14. §. 1. C. de judic. Sed Nicol. d. cap. 37. n. 3.* expeditum esse, ait, hoc non fieri, usque obtinuisse, ut Reus etiam exceptiones objiciens cogatur nihilominus aut af-
- firma-

firmativè aut negativè respondere, & ita specificè litem  
contestari, quam in rem præter textûs ibid. allegat. affe-  
rimus *Cap. 1. & 2. de litis Contest. in 6to.*

Nobis rem breviter expediri posse videtur, distin-  
gvendo (1.) inter exceptiones simplices & privilegiatas. <sup>12</sup>  
(2.) Inter exceptionum oppositionem simplicem & cum  
apposito. (3.) Quod maximum videtur, inter Non teneri  
litem adhuc insuper contestari, & Litem pro contesta-  
ta haberi. Hòc sensu (1.) exceptiones simplices seu non <sup>13</sup>  
privilegiatæ, simpliciter & sine apposito ulteriori, ex quo  
animus litem contestandi manifestius pateat oppositæ,  
nec pro lite contestata habentur, nec ab eadem conte-  
standa relevant, seu, qui eas opponit, non solum nihil  
allegat, per quod contestationem sive formalem sive vir-  
tualem declinet, sed adhuc contestari jubetur, verùm  
etiam has ipsas in vim contestationis obtrudere non per-  
mittitur, sed formaliter contestari tenetur. (2.) Qui ve <sup>14</sup>  
rò cum apposito facit, ulterius progrediendo, intentio-  
nem negando, se non debere asserendo, illius factum pro  
Litis Contestatione habetur, non tamen propterea quòd  
exceptiones opposuerit, iisq; virtus contestationis infit,  
seu quasi illæ Litis contestationem inducant, sed quòd  
litem formaliter per illam appositionem contestatus fu-  
erit, & sic committunt Dd. fallaciam non causæ ut cau-  
sæ, exceptionibus adscribendo, quòd appositi est. (3.) <sup>15</sup>  
Qui opponit exceptiones privilegiatas seu litis ingres-  
sum impedièntes, ei non ut casu primò injungitur, li-  
tem denuò & melius contestandi necessitas, non tamen  
propterea quasi exceptiones suæ assumantur in locum  
litis Contestationis fortassis tunc necessariæ; Sed poti-  
ùs quia tantùm allegasse creditur ut nullâ planè litis cõte-  
statione sit opus. Ubi enim principale planè non requi-  
ritur, ibi nec supplementò per vicarium opus est: ad-  
eoque eadem fallacia falsæ causæ, quæ supra commit-  
titur. Confer. Bachov. ad Treutl. vol. 2. Disp. 26. th. 8. lit. D.  
in verbis: earum igitur exceptionum objectione, pag. 785. Esse

C

tamen

tamen casum unum itemque alterum, quò exceptio-  
num oppositione lis credatur inducta, atque ita Dd.  
sententia affirmativa defendi possit, statuit *Vinnius select.*  
*jur. Quest. 17. lib. 1. circa fin.* quem allegasse brevitatis stu-  
16 diò satis habemus. Inter requisita litis contestationis  
negativa referimus (2.) Generalem seu indefinitam, vel  
ut alii vocant implicitam, mancam, & imperfectam,  
qua narrata negantur prout narrantur *Nicol. d. cap. 37.*  
*n. 18. Carpz. lib. 3. Resp. 32. n. 4. & in Proc. d. Art. 3. n. 27.*  
Ubi ratio: quod tamen declarando ad fòrum Saxoni-  
cum & tempora moderna, partiumque voluntatem re-  
stringitur, ut adeò limitetur (1.) quantum ad forum  
commune *Carpz. d. Const. 10. Def. 1. & in Proc. d. Art. 3. n.*  
*16.* (2.) Si partes in eò acquiescant, ac præprimis Actor  
ipse libellum summarium exhibuerit *idem d. Art. 3. n. 19.*  
per rationem sæpè suprà datam, teneri Reum Actori ad  
paria, non ad ulteriora. (3.) Si generali statim specialis  
17 annectatur. (3.) Non admittitur confusa & implicita.  
(4.) Non obscura *vid. Carpz. Prax. Crim. Quest. 106. n. 70.*  
*in med.* (5.) Non conditionata seu qualificata *idem in Proc.*  
*d. Art. 3. n. 52.* (6.) Non prolixa. (7.) Non dubitativa.  
Ubi quæritur: An Reus narrata Actoris suo loco relin-  
quens, per verba: *Er stelle es dahin / litem contestari vi-*  
*deatur?* quod quanquam in Collegiis Juridicis probè ab  
initio disputatum, negativè tamen decisum reperitur  
*apud Carpz. Dec. 40. n. 9. & in Proc. d. Art. 3. num. 48.*  
Licèt autem credulitatis verbum dubitationem quandam  
contineat, limitatur tamen quoad illud de jure Com-  
muni, admittiturque Litis Contestatio ita facta, ut supra  
*n. 2. tradidimus* (8.) Rejicitur Litis Contestatio domi-  
18 concepta. Et (9.) Serotina. Litis Contestatio ut per-  
fecta certumque statum sortita consideratur vel abso-  
lutè, vel relatè. Satus ejus absolutus representatur certâ  
formulâ, secundùm præcepta superius enumerata con-  
structâ sive ordinatâ, quales exhibet *Rosbach. Proc. Civil.*  
*Tit. 49. n. 35. & seqq.* Stylus tamen hodiernus ex Actis &  
Pro-

Processibus commodius hauriri poterit. Iterum tamen monemus, de Processu ordinario & Litis Contestatione solenni hæc exaudienda. Limitatur igitur de summaris & Litis Contestatione minus solenni, quia ibi forma certa non potest præscribi *Carpz. in Proc. d. tit. 10. Art. 2. n. 21. & 25.* Status relativus est habitudo Litis Contestationis tum ad res alias: sic comparatur cum stipulatione, *Carpz. 3. Resp. 32. n. 10. & seq. Part. 1. Const. 10. Def. 2. n. 4 & seqq. Dec. 40. n. 10.* tum ad ipsum Processum, eumque modò integrum per averfionem, modò cæteras ejusdem partes. Ipsius Processus Litis Contestatio basis est, & Lapis angularis *Carpz. Jurisprud. Consist. lib. 3. Def. 61. n. 9. Nicol. d. cap. 37. n. 6. junct. n. 29.* fundamentum & initium judicii, per quam judicium demum constituitur *L. un. C. h. nostro. tit. Carpz. 3. Resp. 31. n. 1. Respon. 32. n. 1. Resp. 37. n. 8. & Decis. 40. n. 1.* Est enim primus actus judicii, & illud constituit, *idem in Proc. Tit. 10. art. 1. n. 1.* Et à Litis Contestatione (vel ab aliquo actu ei simili, *idem Dec. 244. n. 6. & 7.* incipit judicium *idem 2. Resp. 46. n. 22. & in Proc. Tit. 9. art. 7. n. ult.* Et in universum, Litis Contestatio est de substantia Processus, *idem d. tract. tit. 10. in rubr. & Art. 2. n. 18. & Decis. 40. n. 1.* Ex-<sup>20</sup> inde duo colligimus; alterum est ejus Necessitas & inevitabilitas, *conf. Nicol. d. l. n. 7.* eâ omiffa nil firmiter tractatur *Carpz. Dec. 40. n. 2.* Sed Processus vitiatur *idem 3. Resp. 31. n. 2.* nec ulterius proceditur prius quàm Reus ad libellum responderit, sed præcisè litis contestatio exigitur *idem Praxi Crim. Quæst. 106. n. 67.* Ampliatur (1.) in tantum in Processu procedi non posse, ut nec probatio injungi, nec Reus damnari, *idem in Proc. Tit. 10. Art. 3. n. 34.* nec pœna irrogari possit *idem Prax. Crim. Quæst. 119. n. 9.* (2.) Ut nec à Judice, nec consensu partium omitti possit *idem Proc. tit. 10. Art. 2. n. 19.* Licet partes ei renunciaverint *idem Jurispr. Consist. lib. 3. Def. 61. n. 11.* Declaratur tamen (1.) de L. C. etiam qualicumque; nam quoad solennem supra limitavimus, non ubivis opus esse vid.

*vid. interim d. Tit. 15. art. 2. n. 20. (2.) de Processu ordi-*  
*nario idem Dec. 40. n. 2. ibi solum tantoperè requiritur:*  
 Limitatur ergò in summariis & executivis, ubi solennis  
 L. C. invito Actori non obtrudenda *idem 3. Resp. 31. n. 9.*  
 & 12. Imò sponte desiderasse, vitio ipsi imputatur, §. 3.  
 21 n. 3. Alterum est, utrum Reus lite nondum contestatâ  
 rectè petat ex Lite se dimitti, & num Judex congruè sic  
 pronunciet? ratio enim dubitandi videtur, quòd ante  
 L. C. illis esse non rectè dicatur. Decisio affirmativa su-  
 mitur ab observantia & stylo Curiarum; præcipuè Tri-  
 bunalis Appellationum Electoris Saxon. de quo testatur  
 22 *Carpz. 3. Resp. 37. n. 10.* Relatio L. C. ad cœteras Proces-  
 sūs partes, tum antecedentes, tum subsequentes, est  
 (1.) ad Libellum: mutuam enim respectum inter hunc &  
 illam sæpius innuimus, quoties scil. dictum, Reum A-  
 ctori ad paria, non ulteriora teneri, *vid. interea Carpz.*  
*Part. 1. Const. 10. Def. 7. n. 1. Idem 3. Respon. 31. n. 11. §. 23.*  
*in fin. & in Proc. tit. 10. art. 2. n. 24. & art. 3. n. 20.* Hinc  
 ad omnia libelli contenta respondendum, dummodò  
 concernant ipsum negotium *Carpz. Const. 10. Def. 21.*  
 (2.) Litem Contestam præcedunt etiam exceptiones di-  
 latorix: quas inter etiam exceptio excussionis seu Ordini-  
 nis; tum quia dilatoria, tum quia litis ingressum im-  
 23 pedit *idem in Proc. Tit. 9. Art. 7. n. 35. & seqq.* Subsequun-  
 tur L. C. (1.) Exceptiones peremptoriæ *d. art. 7. n. 5.* Am-  
 pliatur (1.) Ut si plures sint, omnes conjunctim sint pro-  
 ponendæ *ibid. n. 12.* dummodò sint præsentis & cognitæ  
*ibid. n. 15.* Ampliatur (2.) Ut ad omissas non detur regres-  
 sus *ibid. n. 9.* Declaratur (1.) quòd ante L. C. de iis liceat  
 protestari *ibid. n. 8. junct. n. 22.* (2.) quòd & exceptio excus-  
 sionis, utut dilatoria, post eam admittatur, sed ex beni-  
 24 gnitate *ibid. n. 39.* Secundum subsequens est Probatio, ad  
 quam deveniri nequit, non præmissâ Litis Cont. *Idem*  
*tit. 10. art. 3. n. 34. 38. 45. in fin.* Tertium subsequens est  
 Sententia: quæ verò habitudo fundamenti in domo ad  
 parietes & tectum, ea quoq; Litis Contestationis est in  
 Processu ad sententiam *idem Dec. 40. n. 2.*

§. VI,

## De Usu &amp; Effectu.

**I**s litis Contestationis Legalis seu approbatæ, alius est  
 promotivus & obsecundativus, alius verò obstructi-  
 vus: Ibi rursus modò inductivus, modò transmutativus.  
 Nam (1.) inducit statum Judicii & Processûs, nam Judi-  
 cium constituit, & facit, ut lis sit, *Carpz. Prax. Crim. quest.*  
 113. n. 9. Deinde Judicis officium, ut melius de probatio-  
 ne & tota causa possit judicari, idem *in Proc. tit. 10. Art.*  
 3. n. 33. & seqq. (2.) Quoad transmutationem inducit (a)  
 qualitatem Litigiosi. Nam ex re libera facit litigiosam,  
 sic ut absq; nullitate alienari, & lite pendente nihil inno-  
 vari possit *Carpz. 3. Resp. 36. n. 4. & in Proc. Tit. 10. ad Rubr.*  
 Quò pertinet privilegiatum attentatorum remedium.  
 (b) inducit qualitatem Malæ Fidei, sic ut qui ante L. C.  
 fuit bonæ fidei Possessor, nunc in mala fide habeatur *Idem*  
*dict. loc.* (c) Inducit qualitatem quasi Contractûs, per  
 eã enim quasi contrahitur *d. tit. 10. Art. 1. n. 3. in fin. Art. 2. n.*  
*2. in fin. junct. n. 3. Art. 3. n. 30.* Et sic negotia, status cau-  
 sæ transfigurantur, ut quæ fuerunt ex delicto, incipiant  
 esse ex quasi Contractu *Idem 3. Resp. 34. n. 3. Et Jurisprud.*  
*Consist. lib. 3. Def. 33. n. 15.* (d) Inducit qualitatem perpe-  
 tuitatis, seu, perennat actiones, dum facit perpetuas, &  
 ad heredes transitorias *Idem 3. Resp. 36. n. 2. & in Proc. d. t.*  
*10. in rubr.* Civiles quidem indubiè, Criminales verò  
 causas quoad jus partis *3. Resp. 38. n. 24.* Quod ampliatur  
 (1.) quoad causas etiam injuriarum, *3. Resp. 39. n. 12.* &  
 deinde si lis reapse contestata fuerit, ut adeò limitetur  
 (1.) in Proc. Crim. (2.) Si litis Cont. per sententiam qui-  
 dem injuncta sed Reus præmortuus, *ibid. n. 16.* Amplia-  
 tio (2.) Quòd aliquando etiam ante Litis Contesta-  
 tionem, & sic aliundè effectus perennationis adfit  
 in quibusdam causis, ut si ex delicto antecessoris  
 heres locupletior factus sit, *ibid. num. 9. & seqq.*  
 Declaratur tamen (1.) ut dictum, quoad jus partis, dam-

na, expensas, interesse, & pœnam pecuniariam ipsi applicandam, quia Actiones hæctenus Civiles sunt. Limitatur ergò quoad jus Reipubl. & Actiones Criminales Corporales, vel pecuniarias Fisco applicandas *d. Resp. 38. n. 23.* Declaratur (1.) quoad L. C. probatione, sententiâ, & re judicatâ superveniente, adeoque limitatur in nuda confessione *ibid. n. 22.* (3.) Declaratur de Actione injuriarum civiliter intentata: & sic limitatur, si criminaliter *3. Resp. 39. n. 6.* Imò si civiliter quidem, sed Reo mora, quare ante mortem non fuerit contestatus, imputari non possit. Ex duobus hisce postremis effectibus de quasi Contractu & perennatione, fuit sequens quæstio: Utrum sint necessitatis, & partes ad manendum in lite, & eam continuandam obligent, seu, an per eos Litigantes sic implicentur instantiæ, ut discedere nequeant, nec Liti post Contestationem renunciare possint: Adeoque an hoc sit jus partis, cui liceat renunciare; an verò juris aut etiam Adversarii, ut cogaris litem vel invitus prosequi? quod videtur negandum; tum intuitu ipsius adversarii: Non enim qui ad avia & devia deflexit, errore compertò cursum mutare prohibendus, Neque obstat quasi contractus noster, cum adversario initus, quia declaramus exaudiendum salvò jure ipsius, & refusis expensis *Conf. Carpz. 3. Resp. 34. n. 14. & Ungep. Exerc. Just. 15. quest. 7.* tum intuitu consortium Litis, quippe cum quibus non est contractum: Declaratur tamen, si lis sit dividua, sic ut unus possit salvò jure reliquorum caput liti subducere. Limitatur ergò in Lite individua, *3. Resp. 35. n. 12. & 13.* Effectus obstructivus dependet partim ab ejus præsentia, partim absentia. Lite enim contestatâ (1.) Libellus mutari nequit, *Carpz. 3. Resp. 34. n. 2. Et Jurispr. Conf. lib. 3. Def. 33. n. 18.* (2.) Dilatoriis exceptionibus via præcluditur. *3. Resp. 36. n. 5. Dec. 40. n. 4. Et in Proc. Tit. 10. ad rubr.* Imò (3.) etiam peremptoriis, ipsi Litis Contestationi non statim annexis. (4.) Litis Contestatio cursum præ-



prescriptionis insistit, scil. propter inductam malam fi-  
 dem 3. Resp. 36. n. 6. Et in Proc. Tit. 10. ad rubr. Quatuor his-  
 ce effectibus certis, additur (5.) dubius: De eo, quod  
 per L. C. in iudicium non fuit deductum, facultas  
 cognoscendi, Judici non competit Proc. tit. 9. Art. 7. n. 11. 6  
 Ab absentia pendet (1.) ut Lite non contestata testes  
 non recipiantur tot. tit. X. ut Lite non contestata. non  
 procedatur ad testium receptionem: quod quibus ca-  
 sibus fallat, habetur cap. 5. ibid. cap. 3. de dolo & contum.  
 sap. 34. de testib. (2.) Ut exceptiones peremptoriae non pro-  
 ponantur, quod tamen secundum superius dicta de  
 simplicibus, non vero privilegiatis & litis ingressum  
 impediunt exaudiendum: Aut si id fiat, per hoc  
 ipsum credatur, Litem contestatus esse: quod tamen  
 quousque procedat, jam supra traditum. Effectus Litis 7  
 Contestationis vitiosae v. g. generalis & obscurae, de qui-  
 bus vid. Carpz. 3. Resp. 32. n. 7. & 9. & in Proc. tit. 10. Art. 3.  
 n. 27. & 34. item varii sunt, sic (1.) Processum prolon-  
 gat Elect. Const. 10. Parr. 1. verbo: verlengert. ibid. Carpz.  
 Def. 1. n. 6. & in Proc. Tit. 10. Art. 3. n. 38. (2.) pericula in-  
 ducit d. Const. 10. verb. Allerhand Gefahr. v. g. probatio-  
 nis amittendae, dum fortassis testes sunt senes, valetu-  
 dinarii, quorum mortem is qui litem contestari cun-  
 ctatur praestolari, & sic probatione nos defraudare velle  
 videtur. Conf. Carpz. in Proc. d. Art. 3. n. 27. in fin. (3.) Pae-  
 nam contumaciae importat d. art. 3. n. 55. & seq.

s. VII.

## Sanctio & remedia Litis Contest. obtinendae.

**T**ENDUNT ea contra Contumaciam, tum inchoatam,  
 tum continuatam. In primo termino contumacia  
 alia absentium est, alia praesentium, & horum iterum,  
 veji

vel silentii, vel imperfectionis. *Proc. T. 10. art. 4. num. 8.*  
De contumacia emanentia agit *Elect. d. Const. 10.*  
*verb.* Da solches verbliebe *ibique Carpz. Def. 16. & in*  
*Proc. Tit. 8. per tot.* quod videlicet in *Proc. Civili ordina-*  
*rio,* nova citatio sub pœna contumacia; in executivo  
autem sub pœna recogniti fieri debeat, *Carpz. d. Const.*  
*10. Def. 12. n. 5. 3. Resp. 33. n. 8. junct. n. 20. Prax. Crim. quest.*  
*106. n. 72.* In *Crim.* sub eadem pœna contumacia citari  
potest *ibid. n. 71.* quis tamen hujus clausulæ effectus sit,  
habet *ibid. n. 74. junct. Quest. 140.* Declarantur hæcenus  
tradita, si omnia ritè fuerunt observata. Limitatur  
2 verò si contra, & præprimis si non constet de Citatione  
ad comparandum & contestandum insinuata *3. Resp.*  
*33. n. 8.* Contumacia præsentium cum plenario tamen  
silentio conjuncta, non differt à superiori. *Conf. Proc.*  
*tit. 10. Art. 3. n. 55. cum Art. 4. n. 2.* Alia verò est si cun-  
ctentur, tergiversentur, generaliter & obscure, vel alias  
vitiosè contestentur; & regulariter expensarum refusio-  
ne mulctantur. *d. Const. 1. vers. Oderie nicht völkömlich ibiq.*  
*Carpz. Def. 12. n. 7. & d. a. 4. n. 16. Frid. in Proc n 4. vers. Wo*  
*nicht/ibiq. Nicol. n. 11. d. cap. 37.* Declaratur autè hoc de casu  
malitiæ manifestæ; & limitatur si parū, aut nihil malitiæ  
Reo possit imputari. *Carpz. ad d. Const. Def. 13. n. 3. & d. a. 4. n. 24*  
3 tunc enim *juxta n. 2. ib. eidē & hōc casu* parcitur, quia est res  
ad arbitriū Judicis pertinens. Quod attinet ad contumaci-  
am continuatam, in termino videlicet secundo, & quan-  
do jam in primo per sententiam injuncta fuit L. C.  
hoc juris est, ut plenaria quidem, ac totalis silentii, regu-  
lariter quidem, atque ex rigore juris constituti, præter  
ordinaria & jam commemorata remedia, peculiari pœnâ  
arbitriâ mulctanda foret *Churf. Proc. | Ord. tit. 16. vers.*  
*Über die expensen gleichfals in eine wilkühel. Straffe*  
*vertheilet werden / Carpz. Proc d. art. 4. num. 28. f. ex*  
observantia tamen ex stylo forensi, sine illa pœ-  
na solū cum refusione expensarum, de novo in-  
jungitur Litis Contestatio sub pœna Confessi *Carpz.*  
Part.

Part. 1. *Quaest.* 10. *Def.* 14. n. 2. & 3. *Resp.* 33. n. 23. & seqq.  
Declaratur, si Actor in novo termino Litis Contestationem denuò urgeat. Limitatur juxta Curias quidem Saxonicas reliquas, si Actor solâ sententiâ injungente contentus, eam in novo termino denuò urgere omiserit: Sed enim supremus Appellationum Senatus istas argutias non curat, eamque exceptionem: Non factæ novæ provocationis, frivolum judicat, *juxta Carpz. d. Resp.* 33. n. 10. & seqq. Imperfecta denique Contumacia obscuritatis nimirum, vel etiam cujuslibet vitiosæ Litis Contestationis, regulariter eodem jure judicatur; quia scilicet & quamdiu talis est, seu quia paria sunt, imperfectè, & planè non facere. Limitatur si facile in ordinem redigi v. g. affirmantem vel negantem trahi possit *d. Resp.* 33. n. 24. *Decis.* 40. n. 14. & 17.

§. IIX.

## Contraria seu remedia declinandæ.

Sunt (1.) plenaria exclusio; quæ contingit (a) per amicabilem compositionem, quâ Jûdex ex officio tentare tenetur *Carpz. in Proc. tit.* 9. *Art.* 7. n. 25. *tit.* 10. *Art.* 1. n. 13. (b) per exceptionum, Litis ingressum impediendum allegationem, prout §. 5. n. 14. diximus, & earum *Carpz. d. art.* 7. n. 25. *junct.* n. 35. *ex Ordin. Process. Elect. Tit.* 11. §. 8. & wehren dann. 7. enumerat. Declaratur tamen (1.) si in primo statim termino opponantur, & (2.) in continenti sint liquidabiles. (2.) In multos annos protractio. de qua qui causas in Camera Spirensi habent, frequentes gerunt querelas *d. tit.* 10. *Art.* 1. n. 1. *in fin.* utrum de aliis judiciis similiter statuendum sit, his relinquimus, qui & ibidem continentur. Nos sine ulteriori protractione finem Disputationi imponimus, & agimus  
Deo gratias.

No 1886 am

Contra ista remedia

declinanda

Stor (i) pleura excludit; que contingit per  
amabilem compositionem, per iudex ex officio  
ita tenet Corp. in l. 1. c. 1. §. 1. ubi dicitur  
in l. 1. §. 1. c. 1. §. 1. ubi dicitur  
non allegari, sed in l. 1. §. 1. c. 1. §. 1.  
Corp. in l. 1. §. 1. c. 1. §. 1. ubi dicitur  
in l. 1. §. 1. c. 1. §. 1. ubi dicitur  
(i) si in primo statu tenet, no opponitur, §. 1. in  
comin. de fine iudic. §. 1. in l. 1. §. 1. c. 1. §. 1.  
Cic. de off. iud. §. 1. in l. 1. §. 1. c. 1. §. 1.  
quod res iudicatae sunt, §. 1. in l. 1. §. 1. c. 1. §. 1.  
de alie iudicis finibus, §. 1. in l. 1. §. 1. c. 1. §. 1.  
qui & dicitur in l. 1. §. 1. c. 1. §. 1. ubi dicitur  
nam D. §. 1. in l. 1. §. 1. c. 1. §. 1. ubi dicitur  
De status.

LVII

M.C



183. DISP

# LITIS

Der

Occasione tam L  
ut & Constit. E

Ex Consensu & A

Viro Prae

Dn. ADR

Celeberrimo

Ordinario Gra  
ceptore r

Placido

JOHANN

Ad

JEN

Ve  
1886

STA.

5233

ang.

Litis Cont.

et. Tit. 16,

m Ordinis,


Timo

J. U. D.

Advocato

o, & Prae-  
num

nermann/



KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Kodak

LICENSED PRODUCT

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches  
Centimetres

